

*Christiani Nomen et Omen.*Xa
4549

X2002 485

17.

CELSISSIMAS EXUVIAS
SERENISSIMI PRINCIPIS AC
DOMINI,
DN. CHRISTIANI,

DUCIS SAXONIÆ, JULIACI, CLI-
VIÆ AC MONTIUM, LANDGRAVII
THURINGIÆ, MARCHIONIS MISNIÆ, AC UTRI-
USQVE LUSATIÆ, PRINCIPALI DIGNITATE COMI-
TIS HENNEBERGIÆ, COMITIS DE MARCA,
RAVENSBURG ET BARBY, DYNA-
STÆ IN RAVENSTEIN,
&c. &c. &c.

POTENTISSIMI ELECTORIS SA-
XONIÆ CAMPI-MARESCHALLI
GENERALIS LOCUMTENENTIS,
&c.

Inter egregias pro egregio
publico curas
in obsidione, pro Moguntia, a Gallorum rabie
liberanda, suscepta
Communi univerforum malo
d. IX. Cal. Septembr.
sub atræ noctis primordia
ex improvise sclopeti globo transfossi
inque triumphantium Ordinem
cooptati

ipso Principalibus Exequiis sacro tempore
Cal. Octobr. A.O.R. M DC LXXXIX.

inter publica luctus monumenta
devotissima *συμπαιδείας* humillimæ significatione obsequen-
tissime prosequabatur

COLLEGIUM PROFESSORUM
ILLUSTRIS AD SALAM AUGUSTEI

Interprete
M. CHRISTOPHORO Ständer/
Phil. Moral. & Eloqv. Prof. P.

LEUCOPETRÆ,
Typis Joh. Brühlhii, Ducal. & August. Typogr.



DEPARTMENT OF THE ARMY
WASHINGTON, D. C.

OFFICE OF THE ADJUTANT GENERAL
WASHINGTON, D. C.

THE ADJUTANT GENERAL
OFFICE OF THE ADJUTANT GENERAL
WASHINGTON, D. C.

ADJUTANT GENERAL
OFFICE OF THE ADJUTANT GENERAL
WASHINGTON, D. C.

ADJUTANT GENERAL
OFFICE OF THE ADJUTANT GENERAL
WASHINGTON, D. C.

ADJUTANT GENERAL
OFFICE OF THE ADJUTANT GENERAL
WASHINGTON, D. C.

ADJUTANT GENERAL
OFFICE OF THE ADJUTANT GENERAL
WASHINGTON, D. C.

ADJUTANT GENERAL
OFFICE OF THE ADJUTANT GENERAL
WASHINGTON, D. C.

ADJUTANT GENERAL
OFFICE OF THE ADJUTANT GENERAL
WASHINGTON, D. C.

ADJUTANT GENERAL
OFFICE OF THE ADJUTANT GENERAL
WASHINGTON, D. C.





Eheu! *Christianos*
duo jam adficiunt duplici solitudine:
Christianissimus & Christianus!
Ambo non impares prorsus nomine.
Neque tamen re pares.
Alter omnino maluit salutari **Christianissimus**
quam esse.
Alter non tam voluit adpellari, quam esse
Christianus.
Communitas nominis auget rei diversitatem.
Ille titulo, sine re, superbire:
Hic & nomen & omen habere deprehensus est.
In fine videtur, cujus toni.
Uterque tristitiam adfert; sed ex diversis principiis.
Ille, ob malum præfens ac præteritum
quod nondum esse desiit.
Hic, ob bonum absens: Fuit enim; ast utinam esset!
Ille quidem *Christianis* fuit, est ac esse vult desolationi.
Hic iisdem fuit (heu! quondam) consolationi.
Ille innocuos occidit.
Hic occidit innocuus.
Plange, *Christiana* Gens
non tam **Christianissimi** injustam cædem
quam **Christiani** necem maturam.
Ecce
Serenissimus Christianus
inter milites non amplius versatur.
Quia enim miles vere *Christianus* extitit
ad triumphantium consortia intromissus est.
Gloriosissimus isthic *Saxoniae* Dux
omnem militiam in terris explevit.
Dum militiæ omni valedixit.

Ex

Ex Imperio supremi omnium Ducis.

Heros inclutissimus

non est quod fuit
ut desiderium sui majus nobis relinqueret

Est vero, quod esse voluit
ut Ipsius desiderii fieret satis.

Luge Saxonia!

Nam *Saxonica gentis* non ultima gloria
in Christiano enitebat.

Videbantur in hoc gloriosissimi Majores revixisse.

Fixisse hic sedem nativam, dixerimus

AUGUSTI Parentis Munificentiam.

JOHANNIS GEORGII Avi Magnanimitatem.

CHRISTIANI Proavi Sapientiam.

AUGUSTI Abavi Justitiam.

HEINRICI Atavi Pietatem.

ALBERTI heroicam Fortitudinem.

Paucis multa complectar:

Digna erat Regia Witikindi Prosapia tanto Principe.

Nec indignus erat celsissimus Heros

ista natalium regia & egregia dignitate.

Hinc & plura Germania!

Germanus Candor, germana Probitas, germana fides
occubuit.

CHRISTIANUS vere Germanus:

Germanus vere **CHRISTIANUS**

in ipso *Germaniae* meditullio
pro *Germanis* stans, contra *Germaniae* Invasorem
stando cecidit, *Victor non victus* est, sed *oppressus*.

Tantæne molis fuerit

cum **Christianissimo** negotium suscipere?

Nimirum **Christianismus** cavere sibi debet

a **Christianissimo**.

A quo dudum adfligitur

non itam aperto *Marte*, quam *arte* ludera.

Mira

Mira est ^{ἀντιπρόθετα}
inter *Christianos* & *Christianissimum*.
Ex quadam, ni fallor, *occulta qualitate*.
Nempe occultis strophis plura hic surripere cupit
quam iuste capit.

Adhæc, quod magis mireris
inter ^{ἀούσατα} numerari debent:
Christianissimus & *Christianismus*.
Cum tamen initio & fine videantur convenire.
Nisi quod medio & subiecto maxime discrepent.

Videlicet
Christianissimus est *Christianus* cum excessu.

Fortè ^{κατ' ἀντίφρασιν & κατάχρησιν} ita dicendus:
Christianus minime *Christianus*.
Quippe qui bellum minime bellum contra *Christianos*
gerit:

Christiano Imperio adversum:
Ipsiqve Orientis *Anti-Christo* exoptatum.

Adeo ^{τῇ χρήσει καὶ κτήσει} unice omnia metitur.
Religionis frivolo prætextu.
Huic ergo virtuali oppositione repugnat verus quisque
Christianus.

Ecquid vero mirum est
Quod, pro *Christianis*, *Christianissimo* mascule
se opposuerit
cum *Potentissimo Electore Saxone*
fidus Ejus *Achates Christianus*?

Fallor? an virtutis & gloriæ splendorem acceptum
refert

Christianus Christianissimo?

Nempe ut occasione, non causæ.
Sic Palma enititur magis sub adverso pondere.
Latet pariter sine adversario excelsior indoles.
Fomes ejus, non abs re, res angusta dicitur.
Quo valentioribus enim exercetur adversariis.

Hoc magis nativa luce radiat.
Meminit *Europa factorum & fatorum*
Christianissimi & Christiani.

Quam præclara gesserit Christianus
 Christianissimus omnium optime loqui posset.
 Proprio namque suo damno id edoctus est.
 Sed Is, virtutem æstimare, duxit hæcenus religioni.
 Contra *Herois nostri* tota vita virtus erat perpetua.
 Hinc clarus toga, sago clarissimus extitit.
 Martem seqvebatur, sed pro pace.
 Arma sumebat strenue, ut feliciter ponerentur.
 Formaverat Ipsum Aula Dresdensis
 Electoralis.
 Ibi tyrocinii rudimenta deposuerat
 sat cito, & sat bene.
 Belli, pacisque artibus probe instructus.
 Sub auspiciis igitur
 potentissimi Electoris Saxonie
 strenui militis, magnanimique Ducis explebat munia.
 Simul vero talem se probabat probis omnibus.
 Ut non Ipsum timerent, sed pro Ipso.
 Cæterum tot fere victorias numeravit, quot
 pugnas.
 Tot tropæa erexit, quot obsidionibus inter fuit.
 Non opus est, Soli lucem offundere.
 Res ipsa loquitur.
 Christiani Nostri fortitudinem perferensit
 Philippiburgum.
 Ejusdem animositatem Vienna experta est.
 Eventu utrobique lætabili.
 Illud enim injusto possessore, Christianissimo,
 liberabatur.
 Hæc iniquo oppugnatori, Christianissimi Socio
 Christiani Nominis hæreditario hosti
 in solatium Imperii Christiani
 mascule extorquebatur.
 Buda etiam inter *Heroes*
 non ultimum *Heroi Nostro* tribuit locum.
 Quid multis?
Iliada scripturus videretur.
 Si quis in Ipsius laudes ire vellet.

clas-

Post hæc
classicum denuo cecinerat **Christianissimus.**

Cristas crexerat *Gallus*, *Aquila* infestus.

Imo triumphum jam clamabat, ante victoriam.

Toti *Germaniæ* ruinam meditatus.

Huic inter primos se opponebat

Augustum Germaniæ Sidus

Potentissimus Sexo Elector

JOHANNES GEORGIUS III.

Cum fido *Achate*, suo **CHRISTIANO.**

Qvo factum

ut *Gallus* non tempestatem *Germaniæ*
sed *halcyonia* nolens volens cogeretur proclamare.

Imo inde usque, per Dei gratiam

nepam imitantur *res Gallicæ.*

Prudentius quippe terga vertere *Gallus* didicit
quam male parta tueri.

Redeunt nunc ad *justos Dominos*

tot castella, tot oppida.

Quæ furori *Gallico* cesserant, non juri.

At enim redit quoque grave dictu:

Moguntia capta est: Sed amissus **CHRISTIANUS!**

Lætari forsan hac re posset **Christianissimus.**

Nisi **CHRISTUS** viveret, per quem vixit

CHRISTIANUS.

Nisi **CHRISTUS** *Anti-Christo* valentior esset,

Enimvero Deus dabit his quoque finem
desideratum, exoptabilem.

Nolite, *Christiani*, **Christianissimum**
timere.

Flagellum DEI fuit quidem, sed fuit.

Brevi post justo destinabitur supplicio.

Plorate vero *Serenissimum* **CHRISTIANUM:**

Sed tanquam *Christianum Christiani.*

Heros in morte triumphans

mori non potuit.

Patriam, ne destitueret, deseruit.

Ut

FK Xa 4549

Ut vitam multorum defenderet, vitam spreuit.

In vita felix.

In morte Victor.

Invidus cecidit cum Epaminonda.

*Scutum enim fidei ac fidelitatis
ad mortem usq; tenuit.*

Nunc demum *Heros ille nascitur, quia sic moritur.*

Sistite lachrymas

Serenissimi Heroes Saxones.

Quo tanti *Herois*, tamque propinquo sanguinis gradu
iuncti, movet obitus.

Vester beato momento ad aeternitatem est progressus.

Quoad *Christiani* fuerint

florebit sacrosancta memoria

Serenissimi CHRISTIANI.

Qui pro *Christiana* gente ac mente
contra barbaricum *Christiani* nominis hostem

& contra *Socium hujus*, *Christianissimum*

*felicissime pugnavit, pugnando stetit, stando vigilavit,
vigilando cecidit!*

Discent vero posterum

a cadente stare, a moriente vincere

a defuncto vivere.



L. 15, 23

Xa
4549

17.

X2002 485

Christiani Nomen et Omen

CELSISSIMAS EXUVIAS
SERENISSIMI PRINCIPIS AC
DOMINI,

DN. CHR. AUGUSTI, NI,

DUCIS SAXONIAE, CLI-
VIÆ AC MORAVIAE, GRAVII
THURINGIÆ, MA AC UTRI-
USQVE LUSATIÆ, E COMI-
TIS HENNEBERGICÆ,
RAVENSBERGENSIS

POTENTISSIMI, IS SA-
XONIAE CA ALLI
GENERALIS

Inter
in obsidione, pro
liberandis
Communitatibus
d. 10
sub auspiciis
ex improbitate
inque tri-
pore

ipso Principalibus
Cal. Octobr
inter pulcherrimas
devotissima opera

COLLEGIUM
ILLUSTRISSIMUM

M. CHRIS
Phil. Moral. & Eloq. Prof.

LEUCOPETRÆ,
Typis Joh. Brühlhii, Ducal. & August. Typogr.

